



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

Approbatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

## APPROBATIO.

O Pto ut detur tibi sensus, lege hæc Con-  
silia Sapientiae, & veniet in te Spiritus  
ejus, venientque tibi omnia bona pariter  
cum illis, si eo spiritu legeris, quo facta  
sunt, Etenim *Sapientia absconsa & The-  
saurus invisus*. Eccl. 20. Verè horum Au-  
thor Sapientiae Consiliorum ipse valde Sa-  
piens in verbis seipsum amabilem facit,  
ibid. ut quasi contra illud Prov. 23. *Veri-  
tatem emerit & vendat sapientiam*, cum  
fœnere tamen ementis; & quanquam in  
ipso limine sapienter ex Sapiente dicat: *fa-  
ciendi plures libros nullus est finis*, per to-  
tum tamen Opusculum quàm parvum  
tam grande rectè monet: *Finem loquendi  
pariter omnes audiamus: Deum time, &  
mandata ejus observa, hoc est omnis homo.*  
Eccl. 12. id quod clam facit sine fidei  
vel morum offendiculo, *Dedit illi Deus  
scientiam Sanctorum, honestavit illum in  
laboribus suis*. Sap. 10. Sic judico in Car-  
melo nostro Colon. 1693, die 12. Augusti.

Fr. AMANTIUS à Passi Domini, Ord.  
F. B. V. M. de Monte Carmeli in  
Universit. Colon. SS. Theol. Licen-  
tius, Studii Generalis Theologici  
in Conventu Colon. Regens & Pro-  
fessor emeritus mpa.

\* 3)

APPROBATIO

## APPROBATIO.

**I**Go infra scriptus hæc *Consilia Sapientia*, sapienter collecta & speciali quodam Spiritu Dei ad regendum tum se ipsum, tum proximum, conscripta legi & pervolvi, in quibus cum nihil inveniam quod fidei nostræ Orthodoxæ & doctrinæ sacræ quoquomodo adversetur, sed contra plura, eaque maximæ efficacix documenta suggerantur ad reformationem morum in timore Domini, ad eorumque qui in corruptibili carne hac per profundæ contemplationis, recollectionis, orationisque viam ambulantes (quæ plerisque & ocella est et arcana) ad Deum tendere desiderant instigationem, plurimum conducant, imprimi et prælo dari debere censeo in Carmelo nostro Colo. 1693. die 13. Augusti

*F. L. JACOBVS a S. Godofredo, Ord. FF. B. V. M. de Monte Carmeli in Universitate Colon. SS. Theol. Licentiatuſ, & Studii generalis Theologia in Conventu Colon. pro tempore Lector. mp.*

## CENSURA ORDINARIÆ.

**L**iber hic inscriptus *Consilia sapientix*, sive collecta Salomonis Axiomata sapienter conquistata, pro homine justè sapienterque dirigendo, & adjectis salutariibus doctisque Reflexionibus instituendo, placet ut typis in lucem prodeant, Colonia hæc 9. Augusti 1693.

**CHRISTIANUS NEWENDAL**

Elſius, SS. Theol. Doctor, Coll. Eccl. S. Andreæ Decanus, Gym. Montani Regens, Librorum Cenſor &c. mp.

*PRÆ*